

## De Negligentia Officialium Fisci.

## S U M M A R I A.

- 1 **F**isci mala causa non est, nisi sub bono Principe.
- 2 Negligentia Officialium non præjudicat Fiscum in quæsitis.
- 3 Præjudicare verò potest in aquirendis.
- 4 Clerici, & Præpositi Ecclesiarum possunt per suam negligentiam, suis Ecclesiis præjudicare.
- 5 In quærendis breviori tempore præscribitur, quàm in quæsitis contra Fiscum.
- 6 Idèd contra Fiscum præscribitur in mobilibus triennio, in stabilibus decennio, vel cursu 20. annorum.
- 7 Differt valde, si bona spectent ad Fiscum in pœnam delicti, an verò alio titulo, quàm pœnæ, puta quia vacantia.
- 8 De delicto per Fiscum queri non potest post cursum 20. annorum, quod tamen patitur fallentias de quibus remissivè.
- 9 Quæ debentur Fiscum in pœnam præscribuntur contra Fiscum sine titulo, & sine bona fide, quod est singulare.
- 10 Aliqui Theologi in hac præscriptione, etiàm bonam fidem inveniunt.
- 11 Sententia Alphonfi de Castro tenentis, Reum teneri ex se deferre, seu consignare bona confiscata Fiscum, examinatur.
- 12 Afferuntur rationes Alphonfi de Castro.
- 13 Solvuntur eadem rationes num. 15., num. 16., 17., 18.
- 14 Clericus Beneficiatus non recitans officium non facit fructus suos, ita ut in conscientia eorum nequeat retinere.
- 19 Præscriptione completa Fiscus non restituitur in integrum.
- 20 Quæ doctrina limitatur, quo ad pœnas spirituales.
- 21 Proponitur difficultas ex tex. in c. si qui de præscript. in 6.
- 22 Solvitur difficultas.
- 23 Filii hereticorum non præscribunt bona feudalicia ex defectu bonæ fidei in pœnam, quia Patrem non denuntiarunt.
- 24 Ad præscribendum bona Fiscum debita alio titulo, quàm pœnæ, puta quia vacantia, requiritur bona fides.
- 25 Fraudans Gabellam præscribit contra Fiscum, seu Gabellarium absque bona fide, quo ad bona, quæ ceciderant in commissum.
- 26 An si creditores posteriores diligentiores consequantur suum creditum, possit Fiscus revocare ab eis recepta, remissivè.
- 27 Officiales Fiscum tenentur ad restitutionem eorum, quæ erant ipso Jure Fiscum quæsitæ, & propter eorum negligentiam non capta, sed dicendum de bonis per sententiam tantummodo quærendis.
- 28 Limita, si Officiales Fiscum impediuntur artificiosis occultationibus solvere debitum.

## ARTICULUS XXX.

## De Negligentia, &amp; Omisionibus Officialium Fiscum.



Uamquam vulgare sit, quod Fiscus sit durus adversarius, id est difficilis vinci, tum propter privilegia ei competentia, maxime in modo agendi, tum propter ministrorum, & officialium anxiam efficaciam, ita ut Plinius Cecilius in Panegir. ad Trajanum Imperatorem, relatus, per Ryminaldum Consil. 15. num. 112. dixe-

rit, Fiscum malam causam numquam esse, nisi sub bono Principe, idèdque Fiscum vinci gloria Principis sit, *Surd. decis. 138. num. 10. vers. fuit responsum, Simanca de Cathol. instit. tit. 9. num. 54., Scanarola de Visitatione Carceratorum lib. 2. S. 4. num. 23., & facit illud, Ovidii lib. 1. de Ponto. Est piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox, Quique dolet quoties cogitur esse ferox. Hinc est,*

est, quod *Modestinus in l. non puto ff. de Jure Fiscum*, digno eloquio dixerit, *malè agere non puto, qui in dubio contra Fiscum facile responderit*, non ergo inutile, nec profanum erit querere, an Fiscum Jura deteriora fiant, ac damnum pati possint ex negligentia Ministrorum, & officialium ejusdem.

2 Prima de quo ponitur regula, quod in quæsitis præjudicari non possit Fiscum, quàm regulam comprobatur *Jason. Consil. 108. num. 2., & post eum Peregrin. de Jure Fiscum lib. 6. tit. 3. nu. 15.,* undè si per negligentiam officialium aliquid depereat de bonis quæsitis ad Fiscum spectantibus, Fiscus ad integrum minoris, & Ecclesiæ restituitur in integrum, *Odd. de restit. in integrum p. 1. q. 3. artic. 13., Peregrin. de Jure Fiscum lib. 6. tit. 2. num. 10., Barbosa in l. 1. num. 15. C. de præscript.,* Idèdque *tex. in l. non puto ff. de Jure Fiscum* intelligunt interpretes, non habere locum, quando Fiscus agit de damno vitando in jam quæsitis, quia tunc in dubio pro Fiscum judicandum est, ut explicatur *Cagnol. in l. factum suum §. in pœnalibus ff. de regul. Juris, Cumam, Jason, & Ripam l. 1. ff. sol. matr., Everard. topica Juris in loco à Fiscum ad Ecclesiam num. 20., Co-waruvias variar. resol. lig. 1. c. 16. num. 7.,* contra Fiscum verò in dubio pronuntian-dum, dum agitur de jure quærendo, & tunc est locus dicti *l. non puto ff. de Jure Fiscum*; idèd si sit dubium an Fiscus sit in aliquo casu privilegiatus contra Fiscum esse pronuntian-dum ex communi tenet, *Farinac. Fragment. Criminal. p. 1. littera F. V. Fiscum num. 155., & num. 189.*

3 Secunda autem ponitur regula, quod in aquirendis officialia negligentia sua possunt Fiscum præjudicare, facit *tex. in l. servus C. de pænis l. fin. C. de aquirenda possess. l. qui autem in principio ff. quæ in fraudem credit;* sicuti negligentia officialis Principis, in iis, quæ curæ illius commissa sunt, Principi, ac Fiscum suo præjudicat, *Peregrin. de Jure Fiscum lib. 6. tit. 3. num. 15.*

4 Sicuti, & Clerici in aquirendis possunt Ecclesiæ præjudicare, *Abbas in c. tua nu. 9. de bis, quæ fiunt à Prælato, Bellet disquisit. Clerical. de Clerico debitore §. 5. nu. 10.*

5 Ex qua regula sequitur primo, quod in quærendis breviori tempore præscribitur contra Fiscum, quàm in quæsitis nam si

agatur de quæsitis, & incorporatis Fiscum præscribitur spatio 40. annorum, pro ut præscribitur contra privatum ad *tex. in l. omnes, & l. cum notissimi C. de præscript. 30. ann., Peregrin. de Jure Fiscum l. 6. tit. 8. n. 1.,* ubi *num. 2.,* notat fallentiam in rebus venditis, donatis, ac per ultimam voluntatem relictiis Fiscum, in quibus non præscribitur nisi spatio centum annorum, sicut, & in bonis Ecclesiæ, *l. fin. C. de Sacros Eccle.,* ubi *Barbosa num. 6.,* ampliatur ab Ecclesia ad Fiscum, & *Petrus Barbosa ad l. omnes 4. nu. 22., & 23. C. de præscript. 30. vel. 40.,* ubi *num. 28.* limitat in rebus destinatis ad publicos Usus, in quibus nec centum annorum cursus sufficit ad præscribendum, in præscribendis autem quæsitis requiruntur omnia regulariter requisita ad præscriptionem, scilicet bona fides, & titulus in rei detentore, & in Fiscum scientia, quod res sit sua, & tamen negligat eam recuperare, alias non currit præscriptio. Neque in rebus mobilibus Fiscum incorporatis præscribitur spatio trium annorum, ut notat idem *Peregrin. dicto tit. 8. n. 44.*

6 In quærendis verò mobilia triennio, stabilia verò decennio vel annorum 20. cursu præscribuntur juxta *S. res Fiscum instit. de usucap.,* qua propter bona, quæ Fiscum non dum incorporata sunt, debita tamen in pœnam, contra Fiscum præscribuntur etiàm sine titulo *l. in omnibus ff. de diversis, & tempor. Fiscum,* ubi *glos. in Verbo tempora Vers. (alii dicunt, & bene) Oinotom. instit. de Usucapion. num. 43.,* ubi *num. 41.* distinguit si bona vacantia non sint denunciata Fiscum, tunc à privato Usucapiuntur data in eo bona fide, & titulo, triennio, si res sit mobilis, decennio verò, si res sit immobilis, & sine titulo requiritur cursus viginti annorum, loquitur tamen de bonis Fiscum debitis alio tit., quàm in pœnam, nam de bonis Fiscum applicatis in pœnam an requiratur: titulus bonaque fides in aquirendorum Fiscum præscriptione, mox dicam, si verò bona fuerint Fiscum denunciata, Fiscum tamen neglexit, ea occupare per quadriennium, tunc per hoc quadriennium præscribuntur contra Fiscum, nisi essent delata ex illa causa, quod vestigal non esset solutum, nam tunc præscribuntur quinquennio, *Farinac. per tex. in l. 2. C. de vect. q. 25. nu. 163. vers. (si autem, & com.)*

*Peregrin. de Jure Fisci l. 6. tit. 8. num. 8.*, & expressius *num. 31.*, & *32.*, per *tex. in l. quamvis cum gloss. ff. de usucap.*, *Guazzin. ad defensam defens. 2. num. 69.*, & *de confiscat. concl. 19.*, *Farinac. q. 95. num. 158.*, ubi *num. 163.*, plures affert distinctiones ad concordandas sententiarum diversitates, ad quem te remitto, quia non est præsens institutum ex professo agere de præscriptionibus, nisi quatenus effectus negligentie.

8 Ex eadem negligentia sequitur, quod post 20. annos de delicto quæri non possit *Peregrin. supra num. 33.*, ubi fallentia enumerantur apud eundem videndæ, *Guazzin. ad defensam reorum, defens. 2.*, *Farinac. q. 1. num. 68. per tex. in l. quærella C. ad l. Corneliam de fals.*, & *q. 10. nu. 1.*, ubi quod neque restituitur Fiscus adversus hanc præscriptionem.

9 An verò requiratur bona fides, & titulus, prout regulariter ad præscribendum requiritur *c. fin. de præscript.*, dicit *Peregrinus supra num. 34.* præscribi contra Fiscum, in acquirendis etiã, quod Possessor bonorum confiscatorum possideat sine titulo, & *nu. 35.*, etiã quod Possessor sit in mala fide, quod licet videatur mirum, & contra regulam, quod ad præscribendum requiritur bona fides, nec aliã præscriptio curat *c. fin. de præscript.*, tamen singulare est contra Fiscum, quando agit de quærendis in pœnam delicti, eo quod in conscientia pœne non debentur, sed conscientia salva retineri possunt, ut post glos, ac D.D. multo numero allegatos firmat *Barbosa in c. Fraternitas 12. q. 2. num. 4.*, & *in c. si qui, re hinc inde discussa num. 6. de præscript. in 6.*, & *in c. quæ in Ecclesiarum nu. 6. de constit.*, & *in c. cum secundum num. 9. de heret. in 6.*, *Lessus de Just. & Jure lib. 2. c. 29. dub. 8. num. 64.*, *Fulg. de Empireu tit. de variis caducit. q. 18. num. 2. 3.*, & non solum ex eo quod sit pœna, sed etiã quia Jura imponant pœnam non obligant ipsum reum, ac forsã obligare nequeunt, ut ipse sit testis, Judex, & exequor contra se ipsum, à quo natura ipsa abhorret; sed solum imponunt, quod pœnam patiat, idè in hoc casu non detinet rem alienam contra conscientiam, neque commodum reportat ex peccato, qui fuit ratio regulæ *Possessor malæ fidei de reg. Jur. in 6.*, ubi *Barbosa num. 2. 3.*, necesse

est ergò ut Fiscus ipse facto hominis capiat bona, *Caldas de Empit. lib. 19. nu. 10.*, ubi *num. 13.*, distinguit in taliter occultis, ut tamen si Fiscus suas faceret diligentias posset devenire in cognitionem delicti, quia tunc negligentia ei imputatur, si verò sit taliter occultum delictum, ut quacunque adhibita diligentia, non tamen potuisset devenire ad cognitionem delicti, tunc non curat præscriptio, nisi à die scientiæ, quia negligentia non potest tunc Fiscu imputari, quod si negligat, etiã si reus sciat se deliquisse, & propter suum delictum ipso Jure in pœnam bona sua deberi Fiscu, & ex hoc sit in mala fide, tamen tuta conscientia retinet, & cursu temporis contra Fiscum præscribit, non obstante mala fide, ut pluribus allegatis firmat *Barbosa in dicto c. si qui eod. num. 6.*, & habet locum etiã post sententiam declaratoriam, si ob negligentiam officialium pœna facto non exigatur ad tradita per *Covaruviam de sponsalibus p. 3. c. 9. §. 8. num. 10.*, & communem dicit *Tiraquell. in l. si unquam V. revertatur à num. 236. C. de revoc. donat.*, & hæc certa sunt in præscriptione delicti, ne Judex possit amplius procedere, idè *Turrecremata in præcitato c. Fraternitas sub nu. 2. ex eodem tex.* notat, quod Ecclesia non exigat pœnas à fure de sibi ablatis nisi per Judicis sententiam, & executionem; sicuti etiã notandum est hoc tempus incipere currere à die patrati delicti, nec attenditur dies scientiæ Fisci, quo scilicet delictum devenerit ad Fisci notitiam, idè quod non solum præscribuntur delicta manifesta; sed etiã occulta ad tradita per *Guazzin. d. trac. ad defensam reorum defens. 2. num. 38.*, & *41.*, ubi quod in practica non est recedendum ab ista sententia, *Farinac. q. 10. num. 12.*, ex quibus constat quod in præscriptione delictorum, & pœnarum non habent locum requisita vulgata præscriptionis, scilicet bona fides debitorum, & scientia creditorum sicuti cessat regula, quod non est negligens, qui ignorat factum, aut Jus, ex qua ignorantia sequitur omisso, de qua quæstione plura notavi in *p. p. Artic. 24. post Thomam del Bene de Sancto Officio dubit. 131.*, & *132.*, ad quæ &c.

10 Non desunt tamen Theologi, qui etiã in hoc casu dicunt reperiri bonam fidem in præscribendo in pœnalibus, quia licet reus

reus sciat se commississe tale delictum, pro quo bona sint ipso Jure confiscata, tamen cum Jure permittente, ea retineat, donec per Fiscum apprehendantur, & propter consensum principis sic permittentis per legem *Gutierrez. de Gabellis q. 121. per totum.*, ex eo quod sciat se jure permittente retinere, dicitur in bona fide, fatentur tamen propter canonistas eam appellari malam fidem quia adhuc scit bona deberi Fiscu, ad notata per *Lessum de Justit. & Jure lib. 2. c. 6. de præscript. dub. 6. num. 21. Vers. obicitur primo*, cum sua responsione, ubi allegat *Covar. in Regula possessor malæ fidei §. 8. num. 5.*, ubi examinat an possit esse mala fides respectu unius, & bona fides respectu alterius, & an tunc mala fides respectu primi impediatur præscriptionem respectu secundi.

11 Contra prædicta tamen multum urgere conatur *Alphonsus de Castro lib. 2. de potestate legis pœnalis*, ubi loquitur de hæretico, cujus bona sunt pro jure Fiscu applicata, etiã de Jure canonico, *ex c. cum secundum leges de hereticis in 6.*, ostendendo, quod reus in conscientia tenetur subire pœnam confiscationis, ac Fiscu bona consignare, alias peccat mortaliter, sicut iniustus rei alienæ detentor, & consequenter ad præscribendum contra Fiscum requiratur bona fides, & titulus in detentore, & scientia in officialibus Fisci, alias, vel non curat præscriptio, vel Fiscus restituendus sit in integrum; ejus autem argumenta sunt.

12 Et quidem primò, quando pœna confiscationis imposita est ipso Jure, eo ipso Reus dominium deperdit, *tex. expressus in cap. cum secundum leges de heret. in 6.*, ergò est iniustus rei alienæ detentor; secundò, quia licet requiratur sententia declaratoria delicti, hoc solum tendit ad executionem pro foro externo, non autem pro foro conscientia, ergò in conscientia tenetur ante, sicut, & post declarationem; tertio, tunc Reus detinet sine titulo ergò conscientia læta, & iniuste, quia justitia requirit titulum; quarto, quia sententia declaratoria ad aliud non tendit, nisi ut certo constet de delicto, sed ante illam sententiam Reus est certus, & sibi omni certitudine constat de suo delicto, ergò & certum est ante sententiam obligari ad pœnam; quinto, quia plures hanc sequuntur Castri sen-

tentiam, hæc summatim retuli validiora; sed plura alia affert, quæ nullam vim habere appertè dignoscuntur.

13 Verum de facili corrumpunt, & ista Alphonsi argumenta; ad primum enim respondetur, quod Reus dicitur deperdere dominium Civile, non autem naturale, quod ex eo *c. cum secundum* colligitur, ubi in fine mandat, quod ante declaratoriam Fiscus non audeat ad bona capienda procedere, sicque Reum tuetur in sua naturali possessione, & dominio bonorum, quare quando antea dixerat, quod eo ipso dominium rerum suarum perdat, non ita absolutè est intelligendus textus, sed quod eo ipso bona ita sint obligata Fiscu, ut post declaratoriam executio fiat, ac retrotrahatur, ad diem delicti, & ad fructus, etiã ex bonis interim perceptis capiendos, neque verum est, quod Reus sit interim rei alienæ iniustus detentor, tum ex dictis, quod ex eodè Jure defenditur in detentione, quod autè jure detinetur, justè detinetur, tū quia debitum delinquentis non est fundatum in jure naturali, quo regulatur conscientia, sed in jure tantum positivo pœnali, quod ad conscientiam non pertingit, neque forsã pertingere potest, quatenus natura abhorret, quod idem sit reus Judex, & exequor pœnæ contra se ipsum.

14 Et licet posset opponi, quod Clericus beneficiatus non recitans officium divinum Jure Pontificio damnatur in pœnam, ne faciat fructus suos, & nulla expectata sententia in conscientia tenetur eos traddere pauperibus, vel in locis, aut causis piis implicare; tamen magna est disparitas; primò, quia lex disponens, quod tunc beneficiatus non faciat fructus suos resistit, ne fructus aquirat, & suos faciat, at lex confiscans bona tollit jam acquisita, & quærei sunt, tollere autem Jus, quæsitum difficilius est, quàm resistere quærendo, contra primum enim Jus gentium clamat, nō contra secundum, ut fufius ostendit, comprobatur, & confirmatur *Peregrin. de Jure Fisci l. 1. tit. 3. num. 26.*, & *num. 65.*, ubi *in vers. (Verum quia)* ostendit Principem neque de plenitudine potestatis posse tollere jus alteri quæsitum; secundò quia beneficiatus recipiendo beneficium, quasi contra hit cum Ecclesia contractu do ut facias, idè do beneficium, ut recites officium, unde